Minus etiam obſtat dicere, priuilegium Regis D. Ioannis ſolum fuiſſe conceſſum, & reſtrictum ad certum genus perſonarum, per illa verba, *quiquidem Iuſtitia exercuit & exercere conſueuit iuriſdictionem ciuilem inter ganaterios & paſtores ipſius Ciuitatis, & eius aldearũ,* per quæ verba prætenditur illius iuriſdictionem eſſe limitatam ad dictos ganaterios; & reſpectu aliarum perſonarum eſſe incompetentem *per tex. in l. præſſes prouintiæ. ff. de offitio præſidis. l. 2. C. ſi a non compet. iud. Bantius, de nullitate, ex deffectu iuriſdictionis ordinariæ. nu. 100. & ſequen. Aretin. conſ. 134.*

Quia ſolutio facilima eſt, ſi conſiderentur omnia verba dicti priuilegij. Quia verbis ſupradictis adduntur, & inſeruntur ſequentia in dicto priuilegio. *Et cognoſcere conſueuit & de præſenti cognoſcit intus dictam Ciuitatem & eius terminos, & extra, vbi dictus Iuſtitia, ſeu eius Locumtenens perſonaliter exiſtit, de omnibus & ſingulis quæſtionibus, cõtrouerſis, & querellis, dictos ganaterios paſtores, ipſorum, vel aliquem eorum, & libertates franquitates, ſeu ordinationes ipſorum & eademprivia herbagiorum, aquarum, lignorum eorundem, tam in agendo, quam in defendendo, coniunctim,*

*vel diuiſsim tangentibus quoquomodo, &c.* Ex quibus verbis, & alijs liquido conſtat iuriſdictionem dicti Iuſtitiæ, non poſſe dici limitatam, prout ex aduerſo prætenditur, cum tam in agendo, quam defendendo, poſsit cognoſcere de quibuſcunque cauſis dictos ganaterios tangentibus, tam intus, quã extra ciuitatem Cæſarauguſtæ dummodo perſonaliter interueniat Iuſtitia, vel eius Locumtenens.

Et licet verba dicti priuilegij aliquam difficultatem paterentur, quã non patiuntur illa prorſus tollitur per obſeruantiã ſubſequtã ſecundũ quã indiſtincte cognouit Iuſtitia, de quibuſcumque cauſis dictos ganaterios tangentibus, cuius obſeruantiæ interpretatiuæ magna eſt vis, tam in declaratione priuilegiorum, quam ſtatutorum & contractuum, vt latiſsime proſequitur *Ioſeph. Ludo. concluſ. 38. per totam*, plura enim imo infinita extant exemplaria plurimorũ proceſſuum, & ſententiarum, quæ mandatæ fuerunt executioni a dicto Iuſtitia ganateriorum prolatarum, tam contra vicinos Tiraſonæ, quã aliarum vniuerſitatum Regni, quod notiſsimum eſt, & non indiget probatione.

Inter alia autem exemplaria reperiuntur ſequentia contra vicinos Ciuitatis Tiraſonæ. Porque en 14. de Octubre de 1484. ante D. Iuan Zuer Iuſticia de ganaderos dio vn apellido de reentrega Iuan de Corſon menor vezino de Çaragoça, diziendo que en el verano de dicho año le auian prendado dos cabrones ciertos hombres de Taraçona en Moncayo, y cõſtando de dicha querella, ſe proueyò y executò la reentrega a 18. de Março de 1485.

Secundo. El año 1485. en vn dia del mes de Iulio, D. Gil de Gracia concedio otra reentrega a inſtancia de D. Domingo Lobera vezino de Çaragoça, contra los vezinos de Taraçona; porque el Iuſticia de dicha Ciudad, acompañado de otros, prendò en el monte, o termino llamado de Litago el ganado de dicho Lobera, y ſe lleuò dos ouejas: y porque los monteros de dicha ciudad ſe lleuaron otra vez otras dos ouejas.

Tertio. El año 1487. en vn dia del mes de Março, el dicho Iuſticia proueyò otra reentrega contra los de Taraçona. Porque auian prendado y lleuadoſe dos cabrones en Moncayo de vn rebaño de ganado de Sancho de Anſon vezino de Çaragoça, ſiendo monte, en el qual acoſtumbrauan paſcer los de Çaragoça conforme a ſus priuilegios y coſtumbres, y dicha reentrega ſe puſo en execucion.

Quarto. Año 1490. en vn dia del mes de Agoſto D. Iuan Lopez de Alberuela Iuſticia, proueyò otra reẽtrega contra los miſmos de Taraçona a inſtancia de don Miguel de Homedes de Çaragoça. Porq̃ Pedro Ruyz Tarin, y Bartol de Val, y dos otros de Taraçona, como montaneros auian prẽdado y lleuadoſe ſeys cabeças de ganado, quatro de noche, y dos de dia; y que auian buelto las quatro ouejas, deteniendoſe las dos reſtantes.

Quinto. Año 1491. en 19. de Mayo D. Gil de Gracia Iuſticia, proueyò otra reentrega contra los de Taraçona a inſtancia de dicho Miguel de Homedes, porque ſe auian lleuado quatro reſes de ſu ganado, de la partida llamada la foya de Iuã Abarca: y deſpues ſe alegò por parte de los de Taraçona, que la dicha prendada, ſe auia hecho en deheſſa priuilegiada, y que aſsi ſe auia de reuocar la reentrega. Y porque dello cõſtò por teſtigos a 21. de Deziembre de 1491.

ſe

ſe dio por bien hecha la prendada, y por mal hecha la reentrega: Eſte exẽplar que ſe hizo en cõtradictorio juyzio, ſupone, que ſino fuera deheſſa eſtaua mal hecha la prenda, y biẽ proueyda, y executada la reentrega. Y ſuppone tambien, que en los montes blancos de Taraçona, pueden paſcer los ganados de Çaragoça, *argum. tex. in l. cum prætor. ff. de iudi.*

Vltimamente a 10. de Deziembre de 1602. Geronymo Martel Lugarteniente de la Caſa de ganaderos, proueyo otra reentrega, a inſtancia de Iayme de Vrgel; porque los de Taraçona, auian prendado ſu ganado en los terminos de Taraçona, y ſe lleuaron dos cabrones: y antes de probeer dicha reentrega, el dicho Lugarteniente proueyo, y deſpacho vnas letras monitorias, las quales fueron intimadas a Pedro Perez de Alaba Iuſticia, Don Pedro de Mur, Franciſco de Aguilar, y Gaudioſo Donelfa, Iurados de dicha ciudad: y ellos reſpõdieron, que dentro el tiempo en dichas letras cõtenido darian razones: y en contumacia ſuya en no dallas, ſe proueyo a 28. de Março ſiguiente dicha reentrega, y el miſmo dia fueron preſos Domingo Frances, y Pedro Bareton vezinos de Taraçona. Y aunque el miſmo dia parecio Pedro la Mata como procurador de dicha ciudad, y alego la fori declinatoria, el dicho Lugarteniente ſe declaro ſer juez competente, y deſto hizo eleccion de firma Pedro Lamata, y depoſito quinientos quarenta y quatro ſueldos y ocho dineros por el valor de los Cabrones prendados y las coſtas: y ſe repreſento en eſta corte cõ el inſtrumento de dicha ſentencia y eleccion, y ſe declaro ſer deſierta a y paſſo en coſa juzgada la dicha reentrega.

De todo lo dicho en eſte articulo, y en los precedientes, ſe infiere con euidencia, que la juriſdicion aſsi ciuil como criminal de la Caſa de ganaderos deſta Ciudad, es notoriſsima, y fundada en priuilegios Reales, y poſſeſsion inmemorial, exercitada vniuerſalmente en todo el Reyno, y en particular contra los de Taraçona; y por conſiguiente, no puede ſer admitida a contrafirma.

# ARTICVLVS QVARTVS.

## IN QVO AGITVR DE MODERNA IVRIS firma, conceſſa Iuratis Ciuitatis Cæſaraugustæ, & Iuſtitiæ, & Capitulo Domus Ganateriorum eiuſdem.

QVAMVIS ſupradicta non impedirent, prout impediunt admiſsionẽ ad contrafirmãdũ, quã prætendit Tiraſona in proceſſu Ioann. Hier. Ruyz, omnino tamen aduerſantur in huiuſmodi proceſſu Iuratorum Cęſarauguſtæ, quia huiuſmodi iurisfirma nititur expreſſe priuilegio Regis Alfonſi de Veynte nuncupato, conceſſo populatoribus dictæ Ciuitate die Sanctę Agathæ, æra 1156. & etiam fundatur in priuilegio

legio conceſſo per Sereniſsimum Iacobum primum Regẽ.3. nonas Aprilis, anno 1234. Donde concede a los de Çaragoça, todos los prados, yeruas, paſtos, y aguas, para los vſos de ſus ganados, en todos los montes y otros lugares de ſu tierra, exceptadas las deheſſas antiguas deſignadas, y de la Retuerta de Pina.

Tertio, etiam fundatur in actu Curię, ſiue confirmatione dictorum priuilegiorum, facta per inclitum Regẽ Petrum Tertium, de conſilio & aſſenſu omnium brachiorum dictæ Curię.

Quarto, fundatur etiam in continua obſeruatione dictorum priuilegiorum, & actus Curię, & in plurimis ſententijs in huiuſmodi conſiſtorio latis.

Quinto, etiam fundatur, reſpectu iuriſdictionis, in priuilegio conceſſo per eundẽ ſereniſsimũ Regem Iacobum primum, vbi conceſſa fuit iuriſdictio criminalis dicto Iuſtitiæ, 15. Kalendas Iunij, æra 1265.

Sexto, etiam fundatur in confirmatione facta per inuictiſsimum Regem Ioannem, die 2. Ianuarij, 1391. in proximo artic. relato.

Septimo & vltimo, etiam nititur dicta iurisfirma, poſſeſsione inmemoriali, quam in toto Regno firmantes probarunt concludentiſsimæ, tam reſpectu iuris paſcendi, in omnibus mõtibus cuiuslibet Ciuitatis, villæ, vel loci, demptis, deffeſsis foralibus, & dicta Retuerta de Pina; quam etiam reſpectu iurisdictionis, adhuc adminiſtratę, & exercitæ, in eiſdem ciuitatibus, villis, & locis, & qualibet earum præſentis Regni: nec fuit neceſſariũ probare poſſeſsionem cuiuslibet glebæ: nam ſufficit, quod intentio fuerit vniuerſalis, *ex not. in l. 3. de acq. poſſ. plura tradunt Abb. conſ. 71. lib. 2. Rebuf. de decimis. q. 14. num. 20. Crauet. de antiquit. 4. p. § tranſeo. num. 57. Cancer d. tit. 3. cap. 4. n. 123. & ſeqq.*

Inde notorie reſultat, in hoc proceſſu, nullo modo poſſe admiti ad cõtrafirmandum; cum omnino ceſſent potiſsimæ difficultates exaduerſo cõſideratæ in iurisfirma Ioan. Hierony. Ruiz, quarum ſolutiones nunc repetere factidioſſum & laborioſſum eſſet.

# ARTICVLVS QVINTVS.

## IN QVO OSTENDITVR, NON POSSE fieri declarationem petitam pro parte Ciuitatis Tiraſonæ, in proceſſu Iurat. Cæſarauguſtæ.

PRÆTENDIT Tiraſona, præſentẽ iurisfirmam declarandam eſſe, conſtito quod diebus retro elapſis ad inſtantiam dictorum de Taraçona, & ex prouiſione Regiæ Audientię fuerint apprehenſi termini & montes dictæ ciuitatis Tiraſonæ, vocati la valcardera, la deffeſſa de Moncayo, & la Peada, ratione iuris prohibẽdi & betandi, quoſuis extraneos à dicta ciuitatę Tiraſouę, ne depaſcant, cum ſuis ganatis groſsis, nec minutis, in dictis terminis, nec in aliquo eorum, nec in

aliqua

aliqua eorum parte, nec in eiſdē vtātur iuribus depaſcendi, adaquandi, abreuandi, acabañandi, amalladandi, pariçonandi, fogariçandi, lignādi, pernoctandi, nec vtēdi aliquibus alijs iuribus, & ademprinijs in proceſſu dictæ apprehenſionis deductis: nec non reſpectu iuris calomniandi, & pignorandi dictos extraneos: & quod reportata dicta apprehenſione, & oblata propoſitione pro parte dictæ ciuitatis, fuerit illa recepta, reſpectu dictorum iurium, cuius virtute fuerint miſsi in poſſeſsionem, & ſunt effecti veri commiſſarij Curiæ? poſsint, & valeant dicti de Tiraſona, vti, frui, & gaudere dictis iuribus, ſuper quibus fuit recepta eorum propoſitio, dicta eorum commiſsione durante.

Hæc pręrenſa declaratio, colorem aliquem, non tamē iuris ſaporem habet. Nā licet proceſſus apprehenſionis ſit ſumme priuilegiatus *for. Por quanto, titul. de apprehenſio.* & per conſequens videatur, prædicta iura poſſe competere Tiraſonæ extante dicta aſſerta commiſsione Curiæ, ex trad. a *Pleban. in §. appræhenſio. El 2. num. 7. & ſequen. pag.* 220.

Tamen in noſtro caſu, prędicta declaratio locum habere non poteſt, quia vt ſupra latiſsime probaui, ius paſcendi competit ciuitati Cæſarauguſtæ in vim dicti priuilegij de Veynte, in actum Curiæ tranſacti: & ſic beneficio diſpoſitionis legalis indiuiduæ, cui nullum fuit irrogatum præiuditium, ob dictam apprehēſionem, nā iſtud ius paſcēdi, in omnibus mōtibus (exceptis deſeſsis antiquis) competens Cęſarauguſtanis beneficio fori de Veynte, ſiue actus Curię, tanquam ius legale, non tollitur per ſubſequentem apprehenſionem terminorum, in quibus poſſunt depaſcere, cum ſuis ganatis ad ſimilitudinem alerę foralis beneficio fori competentis, conuicinis habentibus terminos compaſcuos, *for. 2. de paſcuis obſer. Item in Aragonia. tit. de generalib.* quia iſtud ius tāquam ſpeciali lege competens, maxima cum ratione & æquitate ſępiſsime declaratum eſt, non compręhendi in apprehenſione terminorum ſic fuit declaratum in Regia Audientia, in proceſſu Garſiæ Fernandez de Heredia, anno 1539. Et in pręſenti cōſiſtorio in proceſſu Galaciani de Vera ſuper apprehēſione, *vt refert Portol. in §. beſtia. num.* 27.

Obijcere tamen poſſet pars aduerſa, ſupradicta non procedere, quando apprehenſio facta fuit, reſpectu iuris prohibendi; quia tunc etiam comprehenditur alera foralis, ex traditis a *Portol vbi ſupra. num.* 28. & ita prætenditur ex aduerſo, ius paſcendi competens Cæſarauguſtanis, comprehenſum eſſe in dicta apprehenſione Tiraſonæ; cum facta fuerit reſpectu iuris prohibendi quoslibet extraneos.

Huius tamē dificultatis ſolutio, facilis eſt. Quia aſſertum ius prohibendi deductum in dicta appręhenſione, nec ſecundum verba, nec ſecundum mentem, poteſt compræhendere Ciuitatem Cęſarauguſtę. Non ſecundū mentem, quia vt ſupra oſtendi, pluries fuerunt repignorati, & reprohibiti dicti Tiraſonenſes, & dictis repignorationibus aquieuerunt: & licet ſemel impugnauerint quandam repignorationem, ſiue repręſaliam: ſolum fuit ſub prętextu quod in deffeſsis antiquis dictæ Ciuitatis non poterant Cęſarauguſtani de paſcere: agnoſcentes, nō tacite, ſed expræſſe, in alijs montibus dictæ Ciuitatis, licere armenta & greges ad paſcendum inmittere, *arg. tex. in l. cum prætor. ff. de iuditijs.*

Nec etiam verba dictæ aſſertę prohibitionis

hibitionis deductę in propoſitione Tiraſonę aliquo modo poſſunt comprę̨hendere Cęſarauguſtam: quia ſingulari fori beneficio, & priuilegio, ſiue actu Curię eidem competit hoc ius, *vt in 2. artic. latius probaui*; & per conſequens non compræhenditur in prohibitione generali, iuxta tradita a *Bart. communiter recepto in l. doli clauſula. ff. de verb. oblig. Crauet. conſ.* 176. *num.* 2. Sic enim dicimus præſcriptionẽ generaliter introductam, non extendi, nec compræhendere caſus, vel perſonas, in quibus diuerſa ratio militat, ex traditis ab *Alex. conſ.* 68. *num.* 20. *&* 21. *lib.* 2. *Craue. de antiq.* 4. *p. in princ. nu.* 60. *& in §. materia iſta. num.* 86. Nec etiam verba generalia compræhẽdunt perſonas priuilegio ſpeciali munitas, *Cin. in l. vni. C. quando Imper. inter pupill. & vidua. Romanus. in l. ſi vero. ff. de viro. num.* 45 *ff. ſolu. matri.* Nec etiam compræhẽdunt caſus, in quibus publica vtilitas læderetur. *l. potioris. C. de offi. rector. prouin. l. in prouinciali §. fin. cum l. ſeq. ff. de nou. op. nuntia. Roma. ſupra num.* 32. & ſic ſub huiuſmodi vniuerſo non includitur ſpecies, in qua diuerſa ratio militat. *l. ab omnibus in prin. ff. de leg.* 1. *Bal. conſ.* 257. *lib.* 2. & per conſequens, nec ius prohibendi ex aduerſo prætenſum, includet Cæſarauguſtam, vt in ſimili reſoluit *Cancer.* 3. *tom. c.* 4. *num.* 130.

In cuius confirmationẽ facit, quod præſens Ciuitas eſt quamplurimis priuilegijs a Sereniſsimis Aragonum Regibus illuſtrata, & decorata: quæ metropolis eſt, & caput totius Regni & coronæ Aragonum, & præceteris Regni Ciuitatibus eſt notabilis & inſignis: in qua Reges Aragonum inuictiſsimi coronari, & regalibus inſignijs ſolent inſigniri, *vt reſultat ex proœmio fororum Regis Petri in verſiculo Remanentes.* Quam inſignem ciuitatem, Metropolim ampliſſimam, potentiſſimam, & natura ſitu ac pulchritudine ædificiorum nobiliſsimam appellat *Hiero. Blanc. in comentarijs pag.* 114. Similiaq. verba referuntur à Sereniſsimo Rege Ioanne in quodam priuilegio Notarijs de numero, ſiue eorum Collegio huius ciuitatis, anno 1434. cõceſſo. Cuius verba notabiliſsima ſunt quæ ſequũtur. *Cupientes huiuſmodi ciuitatem inſignẽ prout in animo gerimus, tanquam caput ne dum ipſius Regni Aragonum, verum etiam quorumcumq. dominiorum noſtrorum, & vbi nos, & illuſtriſsimi prædeceſſores noſtri Aragonum Reges inſignia coronationis aſſumere conſueuimus, & conſueuerunt, extollere, & ſublimare.* Quæ ſimilina ſunt, his quæ Imperator loquens de vrbe Romana refert. *in l. nemini. §. quoniam. C. de conſulibus & non ſpargendis, lib.* 12. vbi ciuitatem Romanam caput orbis appellat. Sic enim præſens inſignis ciuitas, totius Regiæ celſitudinis & Coronæ caput eſt, & caput prouintiæ; & Metropolis appellatur. Y la ciudad de Toledo, porque de ordinario ſe hazia en ella la election de los Reyes, y era ſu corte y aſiento ordinario, ſe llama Vrbs Regia, como declara Bouadilla, *lib.* 2. *ſuæ Polit. cap.* 18. *num.* 224. Como tambiẽ la de Napoles ſe llama ciudad Real, cabeça de todo el Reyno de Sicilia, y que todas las otras ciudades la reconocen por matriz y Metropoli de todo el Reyno, vt poſt Muſtera. *lib.* 2. *Cronici Germani. tradit Marin. Frecia. de ſub feud. lib.* 3. *c. vlt. num.* 37. *pag.* 466. Y por eſto dizen generalmẽte los Doctores, que ſe debe mayor hõra a las Ciudades, que a las villas y lugares; y entre las ciudades a la mas populoſa, y a la matriz y metropoli: ex traditis a *Belluga. rubr.* 6. *num.* 26. *vbi Camil Borrel litera E.* Y añade Bobadilla, que las tales ciudades que ſon cabeças de Prouincia y Metropoli, tienen autoridad

ridad de grande: y que ningun ſeñor de titulo que nò ſea grande les precede en el aſsiento; y que ſe le debe titulo de Señoria, plura refert *Frezia vbi ſupra. Bobadilla lib. 3. c. 8. num. 20.* Y por eſtas razones y otras, los Sereniſsimos Reyes de Aragon entre otros le concedieron a Çaragoça el priuilegio de Veynte, con la facultad de paſcer en todo el Reyno: Y como probe en el artic. ſegundo, eſte priuilegio y drecho de paſcer, es muy notorio en todo el Reyno: Y aſsi las prohibiciones hechas a los eſtrangeros de Taraçona, no pueden comprehender a los de Çaragoça, a quienes con tan grande notoriedad pertenece eſte drecho. *Argumet. c. cum ſpetiali. §. porro, & cap. conſuluit de appell. Ioan. Andr. in cap. conſtitutus eod. tit. Roma. in l. ſi. vero. §. de viro. num. 55. ff. ſolu. matri.* Vnde in generali locutione minime poteſt cõprehendi, *Cancer d. cap. 4. numer. 130. & ſeq.* Quia regulariter caſus & perſona maiores expreſsis nõ cõprehẽdũtur, *c. ſedes de reſcript. c. inquiſitores. de hæreticis, lib. 6. c. qui ad agẽdũ, c. generalitates. de procuratoribus. lib. 6. c. 2. de offitio vicarij. lib. 2. c. 2 de præbendis in 6. Clemen. 2. & ibi gloſ. verbo, non poteſt. de procuratoribus. ſimilis gloſ. in cap. fi. de procurator. in 6. Boniſ. de vitalinis in d. Clemen. 2. num. 16. & 42. de procuratorib. Alex. conſ. 122. num. 13. lib. 4. Crauet. conſ. 3 num. 26. Franc. Becio. conſ. 32. nu. 17. & 18. Beroi. conſ. 159. nu. 39. & ſeq. lib. 2. Villagud. fol. 247. num. 58. in tracta. de extenſione legis pœnalis. fol. 247. nu. 58. Pariſ. conſ. 3. num. 3. & conſ. 12. num. 63. lib. 1. Ancharran. conſ. 308. nu. 6. 7. Hypol. Riminal. conſ. 72. num. 143. Petra in tracta. de poteſtate Principis in tit. de clauſula non obſtante, num. 35. & 36.* Vbi docet quod vbi requiritur expreſſe mentio reſpectu certę perſonæ, vel certæ diſpoſitionis, nõ ſufficiet generalis commemoratio, nec poſſunt verba generalia. Vbi exemplum proponit per tex. *in d. cap. inquiſitores, de hæreticis in 6.* Vbi facultas inquirendi contra hæreticos generaliter cenſura inquiſitoribus contra quaſcunq. perſonas, non extenditur contra Epiſcopos, ex ratione ſupra conſiderata, quam refert *ibi gloſ. verbo. expreſſe. & proſequitur. Hipol. Riminald. d. conſ. 72. num. 143.* Sic enim dicitur quod derogatio generalis priuilegiorum, non comprehendit priuilegia in corpore iuris clauſula, *gloſ. in l. hæres abſens. ff. de inditijs Felin. in c. nonnulli. nu. 26. verſ. Duodecima concluſio, de reſcript. Ripa. in c. 1. num. 56. eod. tit. Roman. conſ. 498. num. 15.* vbi docet, quod per qualecumq; reſcriptum, generales clauſulas non obſtantium habens, non cẽſetur derogatum priuilegijs conceſsis Vniuerſitati, ſeu Collegio decurionũ quando gratia publicæ vtilitatis videtur fuiſſe conceſſa; prout in noſtro caſu in quo dictum priuilegium Cæſarauguſtæ ob publicam vtilitatem fuit conceſſum, vt conſtat ex eius proæmio & cauſa finali.

Sic *Cephal. conſ. 1. num. 40. & ſeq.* reſoluit, ſub generalitate prohibitionis contra clericos factæ, non compræhendi Epiſcopos, nec Cardinales, tãquam perſonas notabiles, de quibus ſpetialis mentio eſt facienda. Inde *Iaſſon ex eadem ratione, conſ. 117. num. 2. lib 4.* tenet, iura fæudorum quæ prohibent, clericos, & religioſos ſucedere in fæudis? non procedere in Cardinalibus, propter eorum excellentiam. Nam quæ ſpetiali nota digna ſunt, ſi non exprimantur videntur neglecta. *l. Item apud labeonem. §. hoc æditum. ff. de iniurjs.*

Facit elegans reſponſ. Franciſci Ripa, *Reſponſ. 4. num. 3. tit. de iure gentium & ciui.* docentis, in ſtatutis laycorum, ſiue in rem, ſiue in perſonã generaliter loquẽtibus, & cõprehendentibus cleri-

clericos, nõ cõprænhendi Cardinales, propter excelſæ dignitatis prærrogatiuam: & ita cõcludit ſtatutum Mantuanum prohibens inmobilia quouis modo alienari in non ſubiectum iuriſdictioni non comprehendere Cardinalem Mantuanum. Idem *Rip reſp. 6. num. 6. tit. de reſcrip. aſſerens*, diſpoſitionem relatã generaliter ad perſonas cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, & præheminentiæ; comprehendere Cardinales, *per. cap. 1. de Schiſmat. lib. 6.*

Multum iubat Barbatia, *conſ. 36. num. 4. lib. 2.* Dumpluribus rationibus probat, in generali facultate lignãdi in quibuſcunq. nemoribus vendita, non comprehendi nemus opere factum: quia illud magis præcipuum, & caput cęterorum erat, *Argum. tex. in c. quamuis, de præuend. in 6.* Vbi priuilegium, vel reſcriptum loquens de Eccleſijs, non comprehendit maiorem Cathedralem, niſi ſpecialiter exprimatur: quia in generali locutione nõ veniunt perſonæ magnæ, *ex traditis a Luca de Pena, in l. in ſacris. C. de proxim. ſacro. ſcrinior. lib. 12. circa finem. Bald. in c 1. tit. qualiter dominus proprietate priuetur, in fæudis. Afflict. deciſ. 265. num. 15. vbi num. 25.* aſſerit, ſub generalitate non venire id quod eſt alterius naturę. *Oldrad. conſ. 297 num 5. Surd. conſ. 445. Pariſ. conſ. 23. num. 260. lib. 1.*

Quæ omnia, & alia plura quæ conſulto omituntur, aplicari poſſunt in noſtro caſu: quia cum ciuitas Cæſarauguſtę ſit Metropolis, & caput totius celſitudinis, ſiue coronę Regni Aragonum, cui conceſſum eſt priuilegium ob publicam vtilitatẽ, illudq; per actum Curię fuit confirmatum, & ſic quoad eam millitet longe diuerſa & maior ratio, quam in alijs vniuerſitatibus Regni? bene ſequitur, in dicta generali prohibitione, non comprehendi Ciuitatem Cęſarauguſtę ſpetiali nota indigentem.

Quod non ſolum in odioſis, ſed in fauorabilibus, non continentur Ciuitates ſub generalibus verbis, vt notant *Bald. & Angel. in l. ex pupillari. ff. de vulga.* dicentes, quod beneficium exceptionis conceſſum mẽbris Eccleſiæ, non porrigitur ad ipſam Eccleſiam. Vbi etiam *Angel. num. 4.* notat priuilegium conceſſum Comitatui, vel diſtrictui, non extendi ad Ciuitatem, de quo plura congerit *Villagut in tit. de lege pœna. tit. de extenſ. priuilegiorum. num. 20. fol. 142.*

Sic dicitur, quod in conſenſu ad obligandum bona fæudalia, a domino directo fęudi præſtito, non cenſetur pręſtitus ad obligandam Ciuitatem, quę caput, vel titulus fæudi eſt, ſic reſſoluit *Afflict. deciſ. 265. num. 15. & 22 ſequitur Natta (pluribus argumentis confirmans) conſ. 686. num. 2. & ſeq.* & multa in hoc propoſito congerit *Pariſ. conſ. 12. num. 56. & ſeq. lib. 1. Roma. ſupra nu. 25. Camil. Galin. de verbor. ſignifi. lib. 10. c. 12. num. 1. & 2.*

Facilius procedit in noſtro caſu ratione adiuncti. Nam poſtquam in prohibitione deducta in articulis ſexto & ſeptimo dictæ aſſertæ propoſitionis Tiraſonę, generaliter compręhendi videntur quicumque extranei a dicta Ciuitate, poſtea addũtur hęc verba: *Et ſignanter vicini, & habitatores loci de Vera, loci de Litago. & Monaſterij Beatæ Mariæ de Beruela*, Quæ verba ſunt limitatiua, & declaratiua generalitatis præcedentis. *per tex. in l. ſed ſi adÿciatur. §. pro ſocio. l. his verbis. in prin. ff. de lega. 3.* quia talia ſunt ſubiecta qualia prædicata demonſtrãt. *Socin. conſ. 3. num. 4. vol. 4. Bellono. conſ. 49. num. 3. vt explicat Surd. conſ. 34. num. 39.* Et ita prędicta verba generalia, recipiunt declarationem, vt comprehendant ſimiles vniuerſitates in quibus eadem ratio

tio prohibendi militat, & ſic poſſet comprehendere aliàs vniuerſitates confrontantes, cum dicta ciuitate Tiraſonæ, quia eadem ratio prohibendi militat, in omnibus conuicinis.

Et vlterius, quia verba generalia reſtringuntur per ratione͂, *Arg. tex. in l. cum pater. §. dulciſsimis, delegat. 2. Nata co͂ſ. 546. num. 11. Raudens de analogus, cap. 4. n. 18.* Et etiam reſtringuntur ad ea quæ ſunt eiuſdem generis, *Oldra. conſ. 297. num. 5. Surd. conſ. 445. num 45.*

Ex eadem ratione infertur declaratio ad dictam propoſitionem, dum in ea allegatur ius prohibendi quoslibet extraneos, intra͂tes in dictis partitis apprehenſis ad venandum ligna͂dum, ſcaliandum, aliecandum, & carboneandum: quæ iura, inuerosimile, & ferè impoſsibile eſt, quod poſsint, referri, ad ciuitatem Cæſarauguſtæ, ridiculum enim eſſet quod diſtante Cæſarauguſta, ſpatio decem & ſex leucarum, Cæſarauguſtani ſe conferrent, ad lignandum, ſcalinandum, & ad vtendum alijs iuribus in dicta ciuitate Tiraſonæ, ſicut ridiculum eſſet, quod dicta iura præte͂derent Iaccenſes, aut Turolenſes in dictis terminis Tiraſonę: Et ita dictum ius prohibendi, ſolum poteſt referri ad conuicinos, in quibus vero ſimiliter poteſt conſiderari huiuſmodi facultas, non vero ad tam longe diſtantes; & per conſequens prohibitio co͂tra depaſcentes, etiam debet referri ad extraneos conuicinos, vel alios, in quibus eadem ratio militat, quæ in vicinis de Litago, Vera, & Beruela, ad quos expreſſe referuntur articuli, na͂ ratione vicinitatis, poſſunt illa verba generalia intelligi, & declarari, vt ſcilicet ſint in poſſeſsione prohibe͂di extraneos confrontantes cum terminis Tiraſonæ, nam cum conuicini à communiter accidentibus habea͂t terminos compaſcuos, *ex Couarr. pract. c. 37. Auend. lib. 1. c. 4. Azebed. l. 1. tit. 7. lib. 7. r. copil.* magis debe͂t referri verba prohibitiua facultatis paſcendi, ad conuicinos, quam ad alios omnino extraneos, *Argum. tex. in l. ſi ita in fine, verſic. ne quid vicini. ff. de fundo. inſtruct. Roma. in l. ſi vero. §. de viro. n 47. verſ. tertio probatur ff. ſoluto matrimonio*, vbi dicitur, potius pręſumi damnu͂ illatu͂ à vicino, qua͂ ab extraneo, & ſic potius debent referri aſertę prohibitiones ad vniuerſitates conuicinas, quam ad alias; & ſic veniunt intelligenda illa verba articuli Tiraſonę, & ſignanter a los de Litago, Vera, Beruela, &c. qui omnes ſunt confrontantes cum terminis Tiraſone, in quibus maior ratio prohibendi militat, vt ſupra dixi.

Præterea, quamuis in articulis dictæ prohibitionis, fuiſſet facta mentio Ciuitatis Cęſarauguſtæ, ſi tamen nullus ex teſtibus ſuper illis productis, aliquem actum prohibitiuum deponit contra Cæſarauguſtanos, etia͂ ex probationibus reciperent declarationem dicta verba generalia, quia verba libelli debent intelligi ſecundum probationes poſtea factas, *ſecundum gloſ. in c. cum ad ſedem, de reſtitu. ſpoliat. Tib. Decia. reſponſ. 63. num. 17. lib. 3.* nec talis prohibitio poterat probari contra Cæſarauguſtam, quia vt ſupra retuli plures repignorationes, ſiue repreſſalias, antiquis temporibus conceſſerunt dicti Iuſtitia, & Locumten. Domus ganateriorum, quæ ad debitam executionem deuenerunt, & ita liquido conſtat Ciuitatem Cæſarauguſtæ, nullo modo co͂prehenſam eſſe in dicta generali prohibitione, & ita non eſt veroſimile, quod ſub dicta generalitate verborum voluerint comprehendere Cæſarauguſtam, & eius incolas, vt in ſimili tradunt *Pariſ. conſ. 60. num. 29 lib. 4. Stracha, de merca. p 1. n. 33.* & Iudices tene͂tur ſequi veriſimilitudine͂. *Craue. co͂ſ. 8. n. 7. Hypo. Rim. conſ.*

*conſ.31.num.29.*

Nec mirum imo maxima cum ratione, non potuit comprehendi, quia ius prohibendi reſultans ex prohibitionibus actu factis, ſolum procedit contra certos prohibitos, neque extenditur ad alios, *ex Bald. doctrina. in l. Item Lapili.num.9.ff.de rer. diuiſ. Capicius deciſ.209.num.25.& ſeq. Abb.conſ.18.nu.7.lib 2.Craue.conſ.643.num.5.& 7. Balb. in tit. de præſcrip. 2 p prin q.2.nu.11.* Atq; ita quamuis actualiter fuerint prohibiti aliqui extranei a dicta Ciuitate Tiraſonæ, non tamen id poteſt extendi ad alios in quibus maior & ſtrictior militat ratio.

Et licet intentio dictorum de Tiraſona, eſſet generalis adquirendi contra omnes, etiam contra Cæſaraugustanos, de qua non conſtat, tamen in noſtro caſu id adaptari nõ poteſt, ob diuerſitatem rationis ſupra traditam, & quia Cęſaraugustani ſemper extiterunt in ſua poſſeſsione de paſcendi in toto Regno, & etiam in terminis dictę Ciuitatis Tiraſonę, quo caſu ceſſat ſupradicta conſideratio, *ex c. cum in tua, de decimis. vt tradit Craue. de antiq. tempor. p.4. §. transeo. numer. 58. Abb.conſ.71.lib.2.Corſetus in tit. de augmẽto, concluſ.17.Rebuf.in tit. de decimis q.14. num.20.*

Vlterius ex alio etiam capite aſerta declaratio non procedit, nam in ea comprehẽduntur plura iura vſſus & adempriuia, quam in dicta receptione litiſpendentię continentur, nã dicitur in dicta aſerta propoſitione. Que en las partidas de la Peada, y Valcardera, eſtan en poſſeſsion de prohibir y vedar, que los eſtrangeros no entren à *paſcer, herbajar, amalladar, acubilar, pariçonar, eſcaliar, caçar, leñar, algezar*: Y en la declaracion que piden, añaden el drecho de *acabañar*, ꝗ es hazer choças, o cabañas. Y tãbien añaden el drecho de *fogarizar*, los quales no eſtan comprehendidos en la dicha ſentencia de lite pẽdente, y por conſiguiente, pues ſe eſtiende la declaracion a mas drechos de los contenidos en la ſentencia, no ſe puede hazer, quia limitata cauſa, limitatum debet producere effectũ. *l. in agris. ff. de acq. rer. domin.* Y en eſta materia, corre llanamente la regla de que tantum preſcriptum, quantum poſſeſſum. *c. ſine poſſeſsione de reg. iur. in ſexto.*

Tambien ſe aduierte, que en quãto a la deheſſa de Moncayo articularon la prohibicion de *paſcer, herbajar, amalladar, culturar, eſcaliar, caçar, carbonear, leñar*: y en la declaracion añaden el drecho de *abebrar, acabañar, y fogarizar*, que no eſtan en la recepcion de litependente: y aſsi aunque la juſticia original no fuera como es tan clara, por ſolo eſte fundamẽto no ſe puede hazer dicha declaracion.

Vltimamente para moſtrar ꝗ no ſe puede declarar dicha firma ſe aduierte, que la ſentencia de litependente y comiſsion de corte ꝗ pretende Taraçona, ha mas de ſetenta años que ſe pronuncio, y aſsi eſta preſcripta, pues la ſentẽcia y re judicata ſe preſcribe por treynta años, *Obſer.fi.de præſcript.Ioan.de Amiciis, conſ.26.nu.16.Ioan. Bautiſta Aſsinio. in praxi. §. 31 limit.18. Portol.in §.firma.num.132.* Y aſsi no baſta pidir la declaracion, conſtando que ſe dio ſentẽcia, y ſe les recibio la propoſicion, y tomaron poſſeſsion, y fueron hechos commiſſarios de corte, como ellos pretenden; porque era meneſter (quãdo otra coſa no les obſtara) que alegaran, que eſtauan en poſſeſsion de los drechos de dicha ſentencia: porque ſi deſto no conſta, por auer paſſado tanto tiẽpo queda la ſentẽcia preſcripta. *Moli. verb. præſcriptio.fol.262.col.2.*

ARTI-

# ARTICVLVS SEXTVS ET VLTIMVS IN QVO BREVITER agitur de iurisfirma Iurat. Tiraſonæ.

CIVITAS Tiraſonæ obtinuit iurisfirmam, in vim dictę aſertę ſententiæ de lite pendēte in eius fauorem latæ, & cōmiſsionis curiæ ex eadem reſultantis, & ita eius virtute inhibentur quicumque extranei a dicta ciuitate, & ſignanter Cęſaraugustani, ne turbent, vexent, nec moleſtent dictos de Taraçona in ſuis iure, vſu, & poſſeſsione, tam affirmatiuis, quam prohibitiuis, quę prætendunt habere in vim ſupradictę commiſsionis Curiæ.

Hæc tamen iurisfirma notorie eſt in caſu reuocationis, quia in ea allegantur, & exprimuntur aliqua iura, quæ nullo modo fuerunt deducta in aſerta propoſitione litis pendentiæ, nec in illis fuit recepta propoſitio, videlicet in iure *acabañandi*, & *fogaricandi* in partitis de la Peada, & Valcardera, & etiam reſpectu iuris *abebrandi* in dicta deheſſa de Moncayo, atque ita non potuit inhibitio prouideri pro huiuſmodi adem priuijs], in quibus non fuit recepta propoſitio ex rationibus in ſuperiori articulo allegatis, & per conſequens debet reuocari, quia decretum eſt indiuiduum, ex traditis a *Bal. in l. certi conditio.* §. *ſi numos.num.3.ff ſi cert pet. Rebuf. in tit. de ſententijs prouiſionalibus, art.* 10. *glo.4.num,3.D.Seſſe, de inhibitio. c.* 5. §. 9. *num* 10. *vbi plures reffert.*

Et caſu quo nō deberet reuocari, ſaltim declaranda venit, in vim dicti priuilegij, ſiue actus curiæ, vel fori de Veynte. Nā cū ius inde reſultans ſit ſpetiale, & forale, nō potuit cōprehēdi in aſſerta apprehenſione & generali prohibitione contra extraneos allegata in dicta aſerta propoſitione litis pendentiæ, ex ſolidiſsimis fundamentis in ſuperioribus articulis probatis.

Esto ſe tuuo por conſtante en el Proceſſo Iuratorum Loci del Caſtellar, ſuper iurisfirma grauaminum fiēdorum: porque los Iurados del Caſtellar pretendieron el año de 1440. que podian prohibir a Caragoça y ſus varrios, que no entraſſen a paicer ni hazer otros vſos en los terminos del Caſtellar: y aunque ſe les proueyò la firma, y ſe intimò a Caragoça, y al Iuſticia de ganaderos, la Ciudad oppuſo la fori declinatoria, fundada en el priuilegio de Veynte y en ſu cōfirmacion, diziendo que era fuero, y tenia fuerça de tal: y aſsi no ſe paſſò adelante en dicho proceſſo, y Çaragoça continuò ſu poſſeſsion.

Lo miſmo ſe tubo por conſtante en los proceſſos Iacobi Ximenez Cerdan, ſuper apprehenſione, Petri Nauarro, & aliorum vicinorum Loci de Griſen, ſuper apprehenſione, y en los demas exemplares referidos en el articulo ſegundo. Y por conſiguiēte procede lo miſmo, y con mayor razon en nueſtro caſo, eſtando de por medio el dicho priuilegio, o fuero eſpecial de Veynte. *argum. tex. in autem. multo magis. C. de ſacroſ. Eccleſ. obſer. vnitit fori æditi apud Exeam*, de cuya notoriedad

riedad no ſe puede dudar, pues tantas y tã multiplicadas vezes ſe ha alegado, y conforme a ſu diſpoſiciõ pronunciado en eſte, y en los demas conſiſtorios deſte Reyno, como reſulta de lo referido en el art. 2.

Y ſi vna ſentencia ſola baſta para induzir notorio, y para q̃ ſe tẽga por tal. *l. emptorẽ ff. de actio emp. Ant. de Butr. in tract. de notorio, artic. 2. num. 33. Cephal. conſ. 57. num. 34. & plures alij relati per Farinac. quæſt. 21. num. 35.* que ſera en nueſtro caſo, donde ay tantas ſentencias en negocios tan graues, como he referido? à fortiori ſe ha confeſſar, ex vi geminationis, de qua *in l. balliſta. ff. ad Trebel.* que eſte priuilegio, fuero, o acto de Corte, es notorio, y que en fuerza de el, les compete a los vezinos y ganaderos de Çaragoça, el derecho de pacer con ſus ganados en los montes blancos del Reyno, y de qualquiera Ciudad, Villa, o Lugar de aquel, como ſe motiuo en el dicho proceſſo Ioannis Capilla, por eſtas palabras. *Conſtat ſiquidem ex tenore priuilegiorũ, pro parte dicti Dominici de Aſſo, exhibitorum, ius depaſcendi per totos terminos, ſcilicet in montibus albis, totius Regni, libere, & ſine calonia aliqua dictis habitatoribus, & ganaterijs ciuitatis Cæſarauguſtæ competijſſe, & competere, &c.* Y paſſa mas adelante el motiuo, y deſpues dize: *Quod quidem ius, & facultas depaſcẽdi vniverſaliter in toto Regno, dictis habitatoribus & ganaterijs competere ſatis liquide, & clare deprehendi poteſt & reſultat, ex dictis priuilegijs eiſdem ganaterijs & habitatoribus ciuitatis Cæſarauguſtæ per ſereniſsimos Reges Aragonum indultis, ex illo videlicet conceſſo per ſereniſsimum Regem Alfonſum el primero, in ciuitate Hoſca in menſe Februarij, die Sanctæ Agatæ, &c.* Y deſpues haziendo fuerza en el miſmo motiuo en que eſte priuilegio era anterior al de la villa de Alcañiz dize: *Quod ſine dubio procedit ex dicto priuilegio conceſſo, habitatoribus dicte ciuitatis Cæſarauguſtæ, per dictum Regem Alfonſum el primero, quod omnibus anterius eſt, & per illud omne dubium penitus tollitur, &c.*

Eſto miſmo ſe aplica a nueſtro caſo, pues aunque Taraçona tuuieſſe el priuilegio que pretende (de quo multum dubitari poteſt) con euidencia eſta prouado, que ſeria poſterior al de Çaragoça, pues eſte ſe concedio luego que fue conquiſtada, y paſſarõ muchos años haſta que fue ganada Taraçona, y aſsi ſu priuilegio ha de ſer mucho poſterior, y por conſiguiẽte la juſticia de Çaragoça es clara, *iuxta regulã, qui prior, de reg. iur. lib. 6.* Salua tamẽ recta dñorum iudicũ cenſura.

Matthias de Bayetola & Cabanillas I. C.